UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Formularium Terminoru[m] seu Registrorum Nouiter Jmpressum [et] eme[n]datu[m]

**Rom, 1511**

Presentatio Com[m]issionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70641

Visual Library

# Initium Regiſtri.

¶ Regiſtrum ſiue acta in cauſa. N. corã. R. P. D. N. auditore in prima vl' ſcḋa vl' tertia inſtañ. inter ptes infraſcript; habit; ⁊ fact;.
¶ Uel ſic: Corã. R. in xp̃o prẽ ⁊ dño dño: N. dei ⁊ ap̃lice ſedis grã ep̃o. N. ſacri palacij ap̃lici cauſaꝝ auditor; locũteneñ in prima vtš.
¶ Si in locum alicuius ſurrogatus: addatur ſurrogato. vel auditori ſurrogato.

Titulus regiſtri

# Preſentatio Cõmiſſionis.

IN noĩe dñi Amen. Anno a natiuitate eiuſdem Milleſimoquingenteſimovndecimo Indictiõe quartadecima. Die vero lune viceſima menſis Januarij. Pontificatus. S. in xp̃o p̃ris ⁊ dñi nr̃i dñi Julij diuina ꝓuideñ pape. ij. ãno octauo In mei notarij publici teſtiũqȝ ĩfraſcriptoꝝ ad hec ſpecialiter vocatoꝝ ⁊ rogatoꝝ p̃ñtia pſonaliter conſtitutus. Diſcretus vir. N. prefati Sanctiſſimi dñi nr̃i pape curſor ex parte eiuſdem dñi nr̃i pape quandã Cõmiſſioñ ſiue ſupplicatioñ papiri cedulam Reuerendo p̃ri. d. N. vtriuſqȝ iur; doctori dicti. d. n. pape capellano ⁊ ipſius ſacri palatij apoſtolici cauſaruȝ auditori facto realiter ⁊ in ſcriptis infraſcripti tenoris exhibuit atqȝ preſentauit. Quam quidẽ cõmiſſioñ ſiue ſupplicatioñ papiri cedulaȝ dñs auditor memoratus de ipſius curſoris manibus reuerenter vt decuit ad ſe recipiens: eam mihi. N. clerico N. dioceſ publico Ap̃lico ⁊ Impiali auctoritatibus ⁊ ſacri palatij apoſtolici antedicti cauſaꝝ Notario ſcribeqȝ ſuo tradidit fideliter regiſtrandã. Mandans nihilominus atqȝ cõmittens vt tam dictã cõmiſſioñ ſiue ſupplicatioñ cedulam q̃ etiaȝ omnia alia que ipſius cõmiſſioñ vigore conſcribenda occurrerint in actis meis publicis ⁊ p̃ñtis cauſe regiſtro fideliter ſcriberem ⁊ regiſtrarem aut per alium mihi fidelem ſcribi ⁊ regiſtrari facerem. Et cum expediẽs fuerit in publica redigerem ſeu redigi facerẽ documẽta: partibuſqȝ copiam peteñ dum ipſis per dñm auditorem prefatum decreta fuerit atqȝ conceſſa fideliter traderem ⁊ exhiberem actis ex eiſdem.

Annus indictio dies mẽſis ⁊ põtificatus

Nomen curſoris.

Nomen ⁊ titulus Auditoris.
A

Nomẽ mei notarij.
b

¶ Uel ſic ſi eſt coram Ep̃o locumteneñ vel electo.

¶ Reuerẽdo in xp̃o p̃ri ⁊ dño. n. dei ⁊ apoſtolice ſedis grã Ep̃o. n. vel electo. n. vnius ex reuerendis patribus dñis ſacri palatij ap̃lici cauſaꝝ auditoribus locũteneñ facto realiter ⁊c. vtš. circa lr̃am A.

Titulus Epiſcopi vel Electi.

¶ Uel ſic ſi eſt coram ſurrogato alicuius.

¶ Reuerendo patri domino. n. vt̃s. cauſaꝝ ⁊ cauſe hm̃oi in locum Reuerendi. p. d. n. dicti palatij cauſaꝝ Coauditoris ſui ꝓpter eius a Ro. cu. receſſum: ſiue eius corporis alterationem: ſurrogato auditore facto realiter vt̃s. niſi ꝙ addatur hec dictio ſurrogatus ſiue ſit Epiſcopus ſiue electus circa litteram. A.

¶ Si principalis notarius non ſcribit in Rota tunc ſic.

¶ Eam mihi. n. de. n. clerico. n. dioceſ publico apoſtolica ⁊ imp̃iali auctoritatibus notario in locum diſcreti viri magr̃i. n. dicti palatij cauſaꝝ notarij ſcribe ſuo ⁊c̃. vt̃s. circa litteram. b.

¶ Uel ſic ſi eſt coram Commiſſario.

Titulus dñi iudicis cõmiſſarij aplici.

¶ Reuerendo in xp̃o. p̃ri ⁊ dño dño. n. dei ⁊ apoſtolice ſedis gratia Epiſcopo. n. Sanctiſſimi. d. n. pape Referendario cauſeq̃ ⁊ cauſis ac partibus infraſcriptis iudici cõmiſſario ab eodem. d. nr̃o papa ſpecialiter deputato facto ⁊c̃. vt circa. a.

¶ Tenor vero cõmiſſionis ſiue ſupplicationis papiri cedule vnde ſupra fit mentio ſequitur ⁊ eſt talis.

¶ Dignetur ⁊c̃. vel Beatiſſime pater ⁊c̃. ⁊ ſcribatur tota cõmiſſio vſq̃ ad ſignaturam excluſiue deinde.

Cõmiſſio cauſe per curſorez preſentata.

¶ In fine vero dicte cõmiſſionis ſiue ſupplicationis cedule ſcripta erant de alterius manus littera ſuperiori lr̃e ipſius cedule penitus ⁊ omnino diſſimili ⁊ diuerſa hec verba videlicet.

Signatura ꝯmiſſi.

De mandato domini noſtri pape ⁊c̃.

¶ In extremitate vero inferioris marginis ſcripta erant etiam de alterius manus littera ſuperioribus litteris ipſius cedule ſimiliter penitus ⁊ omnino diſſimili ⁊ diuerſa hec verba videlicet.

Alia ſignatura commiſſionis.

Placet domino noſtro pape ⁊c̃.

PResentata ſiquidem ⁊ tradita fuit preinſerta cõmiſſiõ ſiue ſupplicatiõ papiri cedula Reuerendo. p. d. n. auditori p̃fato.

¶ Si eſt Ep̃us vel ſurrogatus tunc ſic.

Locus p̃ñtationis cõmiſſionis.

¶ Reuerendo in xp̃o p̃ri ⁊ dño. n. Ep̃o locumteneñ ſurrogato: per curſorem antedictum Rome in domo habitationis ſue. ſub anno indictione menſe die ⁊ pontificatu quibus ſupra: p̃ñtibus ibidem diſcretis viris magiſtris. n. ⁊. n. notarijs public[ dictiq̃ dñi auditor] ſiue Ep̃i locumteneñ: ſurrogati: ⁊ coram eo ſcribis clericis. n. ⁊. n. dioceſ teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter atq̃ rogatis.

Teſtes.

¶ Uel ſic ſi fit in iudicio. Rome apud ſanctũ Petrum in palatio cauſaꝝ aplico in quo iura reddi ſolent mane hora audieñ cauſaruꝫ conſueta ad iura reddendũ ⁊ cauſas audiendũ in loco ſuo ſolito et conſueto ꝓ tribunali ſedeñ. Sub anno indictione ⁊c̃. p̃ñtibus vt̃s.

¶ Si eadem die aliquid fit poſt preſentationem commiſſionis ſic continuatur.

¶ Poſt cuius quidem cõmiſſioñ ſiue ſupplicatioñ cedule pñtatio nem ſic vt premittitur factam conſtitutus ꝛc̃· ſiue cõparuit·n·ꝛc̃·

¶ Preſentatio Commiſſionis pendeñ·

Die ꝛc̃· In mei pñtis cauſe notarij atq₃ ſcribe predicti teſtiũq₃ infraſcriptoꝝ ad hec ſpecialiter vocatoꝝ ⁊ rogatoꝝ pñtia perſonaliter conſtitutus diſcretus vir·n·d·n·pape curſor ex parte eiuſdẽ dñi·n·pape quandam cõmiſſioñ ſiue ſupplicatioñ dependeñ papiri cedulam domino·n·auditori prefato ꝛc̃·

¶ Si eſt copia preinſerta tunc ſic· Papiri cedulã copiam alterius cõmiſſionis in eius capite habentem·d·auditori·

¶ Vel ſic Epo locumteneñ ſurrogato prefato facto realiter ⁊ in ſcriptis infraſcripti tenoris exhibuit atq₃ preſentauit· Quã quidez cõmiſſionis ſiue ſupplicatiõis dependeñ cedulam idem auditor ad ſe de ipſius curſoris manibus reuerẽter vt decuit recipiens eã mihi pñtis cauſe notario atq₃ ſcribe p̃dicto tradidit fideliter regiſtrandã Mandans mihi nihilominus atq₃ cõmittens vt tam ipſam commiſſioñ ſiue ſupplicatioñ dependeñ cedulã q̃z etiã oĩa alia ⁊ ſingula que ipſius cõmiſſionis vigore inter ptes in eadẽ ꝯtentas ꝯſcribẽda occurrerint in actis meis publicis ⁊ ipſius cauſe regiſtro fideliter ſcriberem ⁊ regiſtrarẽ: aut ꝑ aliũ mihi fidelẽ ſcribi ⁊ rigiſtrari facerem· ⁊ cũ expediens fuerit in publica redigerem ſeu redigi facerem documenta· partibuſq₃ copiam petentibus dum ipſis per dominũ auditorem vel Epm locumteneñ memoratum decreta fuerit atq₃ conceſſa fideliter traderem ⁊ exhiberem actis ex eiſdem·

¶ Clauſula quando Eps eſt tranſlatus·

¶ Mandans mihi nihilominus atq₃ cõmittens vt in omnibus ⁊ ſingulis cauſis in quibus coram p̃fato dño tunc epo·n·nunc vero n·iudice ⁊ cõmiſſario ſcribere ſolebam ſeu ad ſcribendũ deputatus fueram vlterius coram eo ſcriberem ⁊ continuarem ꝛc̃·

¶ Si habet copiam preinſertam·

¶ Tenor vero cõmiſſionis ſiue ſupplicatioñ dependentꝭ papiri cedule ac copie alterius cõmiſſiõis eidẽ in capite p̃inſerte vnde ſupra fit mentio ſequitur ⁊ eſt talis· Dignetur ꝛc̃· vel Beatiſſime pater ꝛc̃· In fine ꝛc̃· Preſentata ꝛc̃· vtẽ· niſi qd̃ addatur depẽdentis·

¶ Preſentatio Commiſſionis generalis·

In mei pñtis cauſe notarij atq₃ ſcribe p̃dicti teſtiũq₃ infraſcriptoꝝ ad hec ſpecialiter vocatoꝝ ⁊ rogatoꝝ pñtia pſonaliter conſtitutus diſcretus vir·n·dñi nr̃i pape curſor ex parte eiuſdẽ dñi

noſtri pape quandam cõmiſſioñ ſiue ſupplicatioñ generalis papiri cedulã Reuerẽdo prĩ. d. n. vtriuſqꝫ iuris doctori dicti dñi nr̃i pape capellano ⁊ ipſius ſacri palatij cauſaꝝ aplici ⁊ in locũ. R. p. n. dei ⁊ aplice ſedis gr̃a Epi ⁊ cauſaꝝ palatij antedicti auditoꝝ locũteneñ. auditori ſurrogato ꝑpter ipſius dñi. n. epi locumteneñ a Ro. curia abſentiã. vel corpis alteratioñe vel obitũ facto realiter ⁊ in ſcriptis infraſcripti tenoris exhibuit atqꝫ p̃ntauit. Quam quidẽ cõmiſſioñ ſiue ſupplicatioñ generalis papiri cedulã idem. d. auditor ſurrogatus d' ipſius curſoꝝ manibus ad ſe reuerẽter vt decuit recipiẽs eam mihi preſentis cauſe notario atqꝫ ſcribe predicto tradidit fideliter regiſtrandam. Mandans mihi nihilominus atqꝫ cõmittens vt in cauſa ⁊ cauſis hmõi: in quibus coram eodeꝫ dño Epo locumteneñ Ante ipſius a Ro. curia receſſum: vel corporis alterationem vel obitum ſcribebam ⁊ ad ſcribendũ deputatus fueram vlterius corã eo fideliter ſcriberem ⁊ continuarem. Ipſamqꝫ cõmiſſioñ ſiue ſupplicatioñ generalis cedulam in actis meis publicis ac p̃ntis cauſe omniũqꝫ ⁊ ſingulaꝝ cauſaꝝ predictaꝝ regiſtris fideliter ſcriberem ⁊ regiſtrarem: aut per alium mihi fidelem ſcribi ⁊ regiſtrari facerẽ. Et cum expediens fuerit ipſam cũ omnibus ⁊ ſingulis que ipſius commiſſioñ vigore fieri contigerit in publica redigerem ſeu redigi facerem documenta: partibuſqꝫ copiam petentibus dum ipſis per dominũ Auditorẽ ſurrogatum prefatũ decreta fuerit atqꝫ conceſſa fideliter traderem ⁊ exhiberem actis ex eiſdem.

¶ Tenor vero Commiſſionis ſiue ſupplicationis generalis papiri cedule vnde ſupra fit mentio ſequitur ⁊ eſt talis. Dignetur ⁊c. In fine vero ⁊c. vt ſupra.

¶ Principium Regiſtri coram Cardinali quando cõmittitur viue vocis oraculo.

Relatio cardinalis de cõmiſſione cauſe ſibi facta.

Anno ⁊c. In mei notarij publici teſtiumqꝫ infraſcriptoꝝ ad hoc ſpecialiter vocatoꝝ ⁊ rogatoꝝ p̃ntia perſonaliter conſtitutus Reuerendiſſimus in xp̃o pater ac dñs dñs. N. miſeratione diuina Tituli ſancti. N. ſacro ſancte Ro. eccleſie preſbyter Cardinalis. N. vulgariter nuncupatus Iudex ⁊ cõmiſſarius auctoritate apoſtolica ſpecialiter ad infraſcripta deputatus aſſerens qualiter hodie prefatus dñs nr̃ dñs Julius papa ſecundus in palatio apoſtolico viue vocis oraculo ſibi cõmiſiſſet atqꝫ in mãdatis dediſſet: vt de omnibus ⁊ ſingulis in infraſcripta cõmiſſioñ cõtentis eorũqꝫ circũſtantijs vniuerſis diligenter ſe informaret: cauſamqꝫ ⁊ cauſas inter partes in eadem deſcriptas audiret cognoſceret decideret ⁊ fine debito terminaret cum omnibus ⁊ ſingulis ſuis emergẽtibus dependentibus incidentibus ⁊ connexis cũ poteſtate etiã ꝑ edictũ publicum monendi citandi ⁊ ſub cenſuris eccleſiaſticis inhibendi:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ac in euentum nō paritionis declarandi aggrauandi aliaſqз ⁊ alia
faciendi put ⁊ quēadmodū in eadē cōmiſſione. Cuius tenor inferi
us eſt inſertus plenius cōtinetur ⁊ habetur. Quā quidez cōmiſſioñ
ſiue ſupplicatioñ cedulam facto realiter ⁊ in ſcriptis infraſcripti
tenoris exhibuit atqз dedit mihi. N. clerico. N. dioceſ publica im-
periali auctoritate notario ſcribeqз ſuo tradidit fideliter regiſtran
dam. Mandans mihi nihilominus atqз cōmittens ⁊c. vt̄s.
¶ Tenor vero commiſſionis vt ſupra.

¶ Vel aliquando ſic.

Die ⁊c. Reuerendiſſimus in xp̄o pr̄ ⁊ dn̄s dn̄s. N. miſeratio-
ne diuina tituli ſancti. n. preſ byter Cardinalis. n. vulgariter
nūncupatus. Judex ⁊ cōmiſſarius p̄dictus mihi pn̄tis cauſe nota-
rio atqз ſcribe p̄dicto quandā expoſitionis ſiue ſupplicatioñ cedulā
facto realiter ⁊ in ſcriptis infraſcripti tenoris exhibuit atqз dedit
Et nihilominus mihi pn̄tis cauſe notario atqз ſcribe p̄dicto retulit
qualiter hodie in cōſiſtorio publico p̄factus dn̄s nr̄ papa ſibi expo
ſitionis ſiue ſupplicatioñ cedulaz hm̄oi tradidit ⁊ cōmiſit viue vo-
cis oraculo quatenus in pn̄ti cā p̄cederet nō obſtante ſuſpitiōe de
non procedendo prius per eum facta.

Alia relatio Cardinalis.

¶ Vel ſic. Hm̄oi cauſ. N. iuxta dicte expoſitionis ſiue ſupplicatio
nis cedule continentiam ⁊ tenorem reſumeret ⁊ p̄cederet in eadez
Mandans mihi nihilominus atqз cōmittens vt dictam expoſitio
nis ſiue ſupplicationis cedulam ac ſuam relationem huiuſmodi
apud acta cauſe preſentis regiſtrarem aut per alium mihi fidelem
regiſtrari facerem ⁊ cum expediens fuerit in publica redigerem ſeu
redigi facerem documenta ⁊c.
¶ Tenor vero expoſitionis ſiue ſupplicationis papiri cedule vnde
ſupra fit mentio. ⁊c.
¶ Facta autem fuit relatio hm̄oi mihi p̄ſentis cauſe notario atqз
ſcribe p̄dicto per Reuerendiſſimū dn̄m Cardinalē Judicem ⁊ cō-
miſſarium p̄fatum Rome in domibus habitationis ſue ſub anno
indictione die menſe ⁊ pontificatu quibus ſupra ⁊c.

¶ Vel ſic ⁊ frequentius.

In noīe dn̄i Amen. Anno a natiuitate eiuſdem ⁊c. vt ſupra.
diſcreti viri. N. ⁊ N. Sanctiſſimi dn̄i noſtri Pape prelibati
curſores ex parte eiuſdem dn̄i noſtri pape quandam cōmiſſionis ſi
ue ſupplicatioñ ⁊c. vt ſupra. Preſentata ⁊c. per curſores antedi-
ctos Rome in domibus habitatioñ ſue ⁊c.

Alia relatio Cardi.

¶ Principium Regiſtri coram com-
miſſario vigore litteraꝝ ap̄licaꝝ.

In nomine dn̄i Amen ⁊c. In noſtroꝝ notarioꝝ publicoꝝ teſti
umqз infraſcriptoꝝ ad hec ſpecialiter vocatoꝝ ⁊ rogatorum

Pñtatio lr̄aꝝ apl̄i carū p principalem. pñtia pſonaliter conſtitutus honorabilis vir dñs. N. principalis in infraſcriptis lr̄is aplicis principaliter noiatus habens ⁊ in ſuis tenens manibus quaſdam litteras aplicas p̄facti dñi noſtri Julij Pape ſecundi eius vera bulla plumbea cum cordula canapis mo re Ro. Cu. impendeñ bullatas ſanas ſiquidem ⁊ integras non vi tiatas non cancellatas nec in aliqua ſui parte ſuſpectas ſed omni prorſus vitio ⁊ ſuſpitione carentes vt in eis prima facie apparebat. Quas quidem litteras aplicas idem dñs. N. principalis Reueren diſſimo in xp̄o pr̄i ⁊ dño dño. N. dei ⁊ aplice ſedis gr̄a Archiep̄o. n.

Nomē dñi cōmiſſa. alteri ex iudicibus ⁊ executoribus in eiſdem lr̄is aplicis deſcripto ac noiato: per p̄factuꝫ dñm nr̄m papā aucte aplica cū illa clauſula Qt̄us vos vel duo aut vnus vr̄m per vos vel alium ſeu alios ⁊c. ſpecialiter deputato humiliter exhibuit atqꝫ pñtauit. Dictuſque Reuerendiſſimus dñs. N. Archiep̄s iudex ⁊ executor p̄factas lr̄as aplicas ad ſe cū ea qua decuit reuerentia recipiens eas nobis. N. ⁊ .n. aplica ⁊ imperiali auctoritatibus notarijs publicis tradidit fi

Nomina notarioꝝ. deliter regiſtrandas. Mandans nobis nihilominus atqꝫ cōmittēs vt tam ipſas lr̄as aplicas ꝙ̄ omnia ⁊ ſingula que ipſaruꝫ vigore in ter partes in eiſdem cōtentas cōſcribenda occurrerint in actis no ſtris publicis atqꝫ pñtis cauſe regiſtro fideliter ſcriberemus ⁊ re giſtraremus: aut p aliū nobis fidelē ſcribi ⁊ regiſtrari faceremus: ⁊cū expediens fuerit in publica redigeremus ſeu redigi faceremꝰ do cumenta: ptibus copiā petētibus dū ipſis p p̄factū Reuerēdiſſimū dñm archiep̄m iudicē ⁊ executorē decreta fuerit atqꝫ cōceſſa fideli ter traderemus ⁊ exhiberemus actis ex eiſdem.

¶ Tenor vero litterarum apoſtolicarum vnde ſupra fit; mētio ⁊c.

¶ Julius Epiſchopus ⁊c.

¶ Principium Regiſtri remiſſiō in par tibus iudici eiuſdem preſentate.

Portitor pñtauit dño iudici remiſſiō ⁊ tact[um] ⁊c. iurauit ſe fideliter portaſſe. IN noie dñi Amen ⁊c. Conſtitutus diſcretus vir. n. clericus. n. dioceſ nuncius portitor iuratus ad hoc vt aſſeruit ſpāliter deputatus ex parte. R. pa. do. N. iuris vtriuſqꝫ doctoris. prelibati domini noſtri pape capellani ac ipſius ſacri palatij apoſtolici cau ſarū cauſeqꝫ atqꝫ cauſis ac ptibus infraſcriptis auditoris nōnullas patentes litteras eiuſdem dñi auditoris ſuo ſigillo cere rubee im preſſa capſula lignea cum cordula fili rubei coloris impendeñ ſigil latas ſanas integras non vitiatas non cancellatas neqꝫ in aliqua ſui pte ſuſpectas: ſꝫ omni prorſus vitio ⁊ ſuſpitione vt prima facie apparuit carētes vna cū remiſſiō rotulo ſub eodē ſigillo mō Ro.

Nomē dñi iudicis. Cu. vt apparuit firmiter clauſo Venerabili ⁊ circūſpecto viro dño N. decretoꝝ doctori decano. n. iudici ⁊ cōmiſſario ac cāe hmōi re miſſiō executori fcō realiter ⁊ in ſcriptis quaꝝ remiſſiō lr̄aꝝ te

noꝛ inſertus eſt inſertus exhibuit atqꝫ p̄ntauit: ⁊ nihilominus lr̄as ⁊ rotulū clauſuꝫ remiſſioñ p̄dicte ipm̄ rotulū nō apperiēdo neqꝫ in ipſo ⁊ lr̄is hmōi aliquid addēdo minuēdo vl' mutādo fideliter poꝛtaſſe ⁊ vt ꝑfertur p̄ntaſſe ꝑ iuramētū ſuuꝫ iam vt aſſeruit ꝑſtitū ⁊ quod de mandato in manibus ꝑlibati dn̄i .N. decani iudicis commiſſarij ⁊ executoꝛis ad ſctā dei euangelia ſcripturis ſacroſanctis propterea tactis coꝛpaliter iterum ⁊ de nouo ꝑſtitit dixit ⁊ iurauit. Quas quidē patētes lr̄as vna cū rotulo remiſſioñ hmōi idē dn̄s .n. decanus commiſſarius ⁊ executoꝛ ad ſe recipiens ipſaſqꝫ mihi .N. clerico .N. dioc̄ publico aplica auctate notario tradidit. Mandās nihilominus atqꝫ cōmittens vt tam ipſas pateñ litteras q̄ꝫ rotulū remiſſioñ hmōi poſtq̄ꝫ fuerit iudicialiter aptus ac omnia ⁊ ſingula que rotuli ⁊ lr̄aꝝ hmōi vigoꝛe inter ꝑtes in eis cōtent̄ cōſcribenda occurrerint in actis meis publicis ⁊ p̄ntis cauſe regiſtro fideliter ſcriberē ⁊ regiſtrarē: aut ꝑ aliū fideliter ſcribi ⁊ regiſtrari facerē: ⁊ cū expediēs fuerit in publico redigerē ſeu redigi facerē documenta: ꝑtibuſqꝫ copiā petentibus dū ipſis ꝑ eundē dn̄m .n. decanū iudicem ⁊ cōmiſſarium ac executoꝛem decreta fuerit ⁊ cōceſſa fideliter traderem ⁊ exhiberem actis ex eiſdem ⁊c̄. Nomē mei notarij.

¶ Principium Regiſtri coꝛam auditoꝛe Camere per inſtr̄m obligationis ſub penis Camere.

IN noīe dn̄i Amen. Coꝛam reuerendo p̄re dn̄o .n. ⁊c̄. generali auditoꝛe In mei .n. clerici .n. dioceſ publici imperiali ⁊ aplica auctoꝛitatib⁹ dicteqꝫ curie cauſaꝝ Camere aplice ⁊ hmōi cauſe per eundeꝫ dn̄m .n. auditoꝛē notarij ⁊ ſcribe ſpāliter deputati teſtiūqꝫ infraſcriptoꝝ ad hoc vocatoꝝ ⁊ rogatoꝝ p̄ntia ꝑſonaliter conſtitutus diſcretus vir magiſter .n. dicte curie cāꝝ Camere aplice notari⁹ ⁊ diſcretoꝝ viroꝝ .n. ⁊ .n. creditoꝝ principalium procuratoꝛ aſſertus ⁊ eo noīe ꝓcuratoꝛio ꝑ Reuerendū p̄rem dn̄m .n. abbatem ⁊ .n. ⁊ .n. debitoꝛes de .cc. floꝛ̄ auri de camera dict̄ creditoꝛibus principalibus facto inſtrumētū publicū ꝑ me ⁊c̄. p̄dictū ſubſcriptū ⁊ ſignatū facto realiter ⁊ in ſcriptis infraſcripti tenoꝛ̄ exhibuit ꝓduxit atqꝫ dedit. Et nihilominus honoꝛabilē virū .n. p̄dicte curie cāꝝ camere aplice notariū ⁊ p̄dictoꝝ dn̄i Abbat̄ ⁊ .n. debitoꝛ̄ ꝓcuratoꝛeꝫ in eodem obligatioñ inſtrumento inter alios conſtitutū ad confitēduꝫ hmōi debitum in hmōi inſtrumēto contentū .cc. floꝛ̄ auri de Camera debita cū inſtantia requiſiuit. Qui quidem .n. ꝓcuratoꝛ ⁊ eo nomine quo ſupra ꝓcuratoꝛio ſic vt p̄mittit̄ requiſitus ſtatim ⁊ incontinenti viſo ꝑ eum ⁊c̄. inſtrumēto dictū debitū .cc. floꝛ̄ ⁊c̄. put id ex tenoꝛe dicti obligatioñ ⁊ cōſtitutioñ publici inſtrumenti melius facere poterat publice ⁊ expſſe confeſſus fuit pariter ⁊ recognouit. Quo facto idē magiſter .n. ꝓcuratoꝛ quo ſupra noīe ꝓcurato-

Procuratoꝛ ꝓducto iſtr̄o obligatioñ facto obtinuit ꝯfiteri debitū ꝑ ꝓcuratorē hic noīatū ⁊ debitoꝛes excōīcari niſi infra dies.

Nomē ꝓcur̄ ꝯfiteñ

rio adhuc ibidē pn̄s iudicialiter cōparēs ac cōfeſſionem hmōi etpſ-
ſe acceptans dictis dn̄o abbati ⁊ .n. debitoribus ad dandū ⁊ ſoluen-
dum dictis .n. ⁊ .n. creditoribꝰ hmōi .cc. floꝝ ſub excōis late ſnīe pe-
na in ꝑſonam dicti magiſtri .n. ꝓcuratoris ibidē pn̄tis ⁊ ꝯparentꝭ
aliquē certū ꝑemptoriū terminū ꝑfigi ſtatui ⁊ aſſignari ꝑ dn̄m au-
ditorē ⁊c. poſtulauit. Quē quidē terminū dn̄s auditor ꝑfactus ad
ꝑnoīati magr̄i .n. ꝓcuratoꝝ inſtañ dictꝭ .n. ⁊ .n. debitoribꝰ ad actꝭ ⁊
terminū hmōi niſi infra ſex dies extūc īmediate ſequeñ ſub excōis
pena dicto magiſtro .n. procuratori prefigendum duxit ⁊ prefixit.

Procur̄ dn̄s iſtr̄m ꝓcurationꝭ ⁊ fide legalitatꝭ cū duobꝰ inſtr̄is appellatonꝭ ſcō obtinuit appel. ipaſ admitti ⁊ citatꝭ cū inhibitꝭ ac cōpulſorꝭ ad ꝑtes dcerni ſub termino .xx. di. ⁊c.

¶ Tenor vero obligationis inſtrumenti publici vt ſupra fit men-
tio ſequitur ⁊ eſt talis.

¶ Initium Regiſtri coram auditore Camere
per introductionem appellationis ⁊c.

IN noīe dn̄i amen. ⁊c. Corā auditore ⁊c. In mei notarij publi-
ci ⁊c. ꝯſtitutus prouidus vir magr̄ .n. honorabil' viri dn̄i .n. in
hmōi cā principalis ꝓcurator volēs de ſue ꝓcurationis mādato fidē
facere legittimā. Quoddā procurationꝭ mandati inſtr̄m publicum
ſigno ⁊ ſubſcriptione diſcreti viri .N. ⁊c. vt prima facie apparebat
ſignatum ⁊ ſubſcriptum vna cum quadam lr̄a teſtimoniali ſuper
legalitate eiuſdem notarij patenti ſigillo magno eidem lr̄e impſſo
prioꝝ ⁊ ſpāliter dicte ciuitatis vt videbatur facto realiter ⁊ in ſcri-
ptis infraſcripti tenoris exhibuit atqꝫ ꝓduxit. Et inſuper duo ap-
pellationꝭ pro parte ſua vel ꝓ parte ipſius dn̄i .n. principalis in par-
tibus interpoſitaꝝ publica inſtrumenta ſigno ⁊ ſubſcriptione ſoli-
tis dicti .n. notarij vt in eis ſimiliter apparuit actꝭ ſubſcripta ⁊ ſi-
gnata etiā facto realiter ⁊ in ſcriptis infraſcripti tenoris exhibuit
atqꝫ ꝓduxit. Quas quidem appellationꝭ ⁊ earum quamlibet. Et ꝑ-
libatus magiſter .n. ꝓcurator quo ſupra noīe ꝓcuratorio admitti:
Sibiqꝫ ⁊ parti ſue earundē vigore citationē legittimā vna cum in-
hibitione inſerta extra Romanā curiā ⁊ ad partes contra ⁊ aduer-
ſus .n. ⁊ .n. principales ſupradictos. Necnon egregium virum dn̄m
.n. iudicem ⁊c. ſi ſniam ſuam defendere voluerit. Omneſqꝫ alios ⁊
ſingulos ſua cōiter vel diuiſim intereſſe putañ: extra Ro. Cu. ⁊ ad
partes in forma dicte curie conſueta decerni ⁊ concedi per dn̄m au-
ditorem ꝑfactuꝫ debita cum inſtātia poſtulauit. Ex tunc dn̄s Au-
ditor memoratus ad ꝑnominati magiſtri .n. ꝓcuratoꝝ inſtantiam
appellationꝭ antedictas more ſolito admittend duxit ⁊ admiſit: ⁊
nihilominus eaꝝ vigore citationē vna cum inhibitione inſerta ꝑ-
petitas magr̄o .n. ꝓcuratori inſtañ ⁊ peteñ partiqꝫ ſue extra Ro.
Cu. ⁊ ad partes decreuit atqꝫ conceſſit: eaſqꝫ ꝓut petite extiterant
atqꝫ decrete ꝑ me .n. dicte curie ⁊ pn̄tis cauſe notariuꝫ atqꝫ ſcribaꝫ
predictum exinde fieri ⁊ ſubſcribi ſigillique proprij dicte curie

Si eſt lr̄a legalitatꝭ alias non.
Si data ſunt iſtr̄a alias non.

cāmere apoſtolice quo ipſe dominus Auditoꝛ vtitur appenſioñ cō-
muniri voluit iuſſitqꝫ pariter ⁊ mandauit prout ⁊ quemadmodū
in quibuſdam citatioñ vna cum inhibitioñ inſerta publicis inſtru-
mentis per me preſentis cauſe Notarium atqꝫ ſcribam predictum
exinde in notaꝫ receptis ⁊ inferius apud acta cauſe hmōi regiſtratis
plenius continetur ⁊ habetur. Preſentibus ibidem ꝛc.

Similiqꝫ modo extenditur terminus decreti litteraꝝ cōpulſoria-
lium generalium mutatis mutandis. vel vt infra.

Tenores vero conſtitutioñ ꝓcuratoꝝ necnō citatioñ cū inhibitioñ
inſerta inſtrumentoꝝ publicoꝝ vnde ſupra fit mentio ꝛc.

Antonius de Monte ꝛc.

Littere citatorie ꝑ dñm decretis.

Comparuit .n. principal citra ꝛc. ⁊ datis inſtr̄o obligationis facto obtinuit confiteri debitum.

DIe ꝛc. Comparuit in iudicio ꝛc. dñs. n. mercatoꝛ Piſañ Ro-
cu. ſequens principalis principaliter pro ſeipſo citra tamen
quorumcunqꝫ procuratoꝝ ſuoꝝ per eum hactenus quomodolibet
conſtitutoꝝ reuocationem ⁊ quoddaꝫ obligatiōis inſtrumentum
publicū manu ⁊ ſigno diſcreti viri magri. n. publici aplica ⁊ impe-
riali auctoritatibus notarij vt prima facie apparebat ſignatum ⁊
ſubſcriptum ad docendū de debito infraſcripto facto realiter ⁊ in
ſcriptis infraſcripti tenoris exhibuit atqꝫ ꝓduxit. Et nihilominus
debitum mille quinquaginta ducatis auri de camera in quibus Re-
uerendus pater dñs. n. ex aduerſo principalis in dicto obligatiōis
inſtrumento exaduerſo principaliter noiatus ipſi dño. n. principali
⁊ ſocijs mercatoribus Ro. cu. ſequeñ. prout in dicto inſtrumento
deducitur ex cauſa veri puri ⁊ amicabilis mutui efficaciter obliga-
tus exiſtit per diſcretū virum magr̄m. n. clericū. n. dioceſ dicte curie
cauſaꝝ camere apoſtolice notariū alterum ex procuratoribus per
dictum. d. n. debitorem inter alios in dicto inſtrumento deſcriptos
cōſtitutum procuratorem ibidem preſentem ⁊ aſtantem confiteri
eundemqꝫ. n. exaduerſo principalem debitorē ob cauſam p̄dictam
iuriſdictioni cōpulſioni ac mero examini dicte curie cauſaꝝ camere
apoſtolice ſubmitti mandari ꝑ dñm auditorem prefatū debita cuꝫ
inſtantia poſtulauit. Memoratus tunc dñs auditoꝛ ad dicti. d.
n. mercatoris inſtantiā p̄fatum debitum mille quinquaginta du-
catoꝝ auri de camera ꝑ prefatum magr̄m. n. procuratorem ibidem
adhuc vt premittit̄ p̄ñtem ⁊ aſtantem ꝯfiteri eundemqꝫ. n. exad-
uerſo principalem debitorem ob cauſam prenarratā iuriſdictioni
compulſioni ac mero examini dicte curie cauſaꝝ camere aplice ſub-
mitti voluit iuſſit pariter ⁊ vt moris eſt mandauit. Qui quidem
magr̄. n. notarius ⁊ ꝓcuratoꝛ ibidem adhuc pñs ⁊ noīe quo ſupra
ꝓcuratorio iudicialiter ꝯparens ſtatim ⁊ incōtinenti viſo primitus
⁊ per eum diligenter inſpecto inſtr̄o obligationis in forma camere
ſuperius deſignato: dictū debitum mille quinquaginta ducatis auri

de camera p̄fato dn̄o·n·principali ⁊ ſociis mercatoribus Ro·curiā
ſequētibus ꝓut ex forma dicti inſtrumēti melius ⁊ efficacius pote
rat ſponte palā ⁊ publice ꝯfeſſus fuit ⁊ ꝯfitebatur: ac dictū dn̄m·n·
principalē debitorē iuriſdictioni cōpulſioni ⁊ cohertioni dicte curie
cauſaꝝ camere aplice ⁊ eius auditoris p̄fati ſuppoſuit ⁊ ſubmiſit·

Quo facto idem ·n· principalis obtinuit n·debitorē excōicari niſi infra tres dies contra abſentem·

Quo facto dictus dn̄s·n·mercator principalis ibidē adhuc pn̄s ⁊
principaliter ꝓ ſeipſo citra tn̄ quorūcūq; ꝓcuratoꝝ ſuoꝝ ꝑ eum ha
ctenus quolibet ꝯſtitutoꝝ reuocationē iudicialiter ꝯparēs p̄noiatū
dn̄m·n·debitorē in dicto debito mille quinquaginta ducat; auri de
camera ſic vt p̄mittit̄ ꝯfeſſato ꝯdemnari ipm̄q; licet abſn̄tem i per
ſonā tn̄ dicti ſui ꝓcurator; ex eo q: de dicto debito ſatiſfacere non
curauit in ſcriptis excōicari ⁊ vt talem publice denuntiari mādari
lr̄aſq; deſuꝑ neceſſarias in forma ſolita ⁊ ꝯſueta decerni ⁊ ꝯcedi ꝑ
dn̄m ⁊c̄·poſtulauit·Memoratus tunc dn̄s auditor ad dicti·n·prin-
cipalis inſtantiā prefatū·n·debitorē in dicto debito condemnauit
ipm̄q; licet abſentē ob cauſam p̄miſſam in ſcriptis excōmunicauit
niſi infra tres dies ꝓxime ⁊ immediate ſequētes dicto·n· creditori:
aut eius legittimo ꝓcuratori integre ⁊ cum effectu ſatiſfecerit ⁊c̄·

Uel ſic in contumaciam·

Dictus·n·principalis creditor ibidē adhuc pn̄s ⁊ principaliter ꝓ
ſeipſo citra tn̄ quorūcunq; ꝓcuratoꝝ ſuoꝝ ꝑ eū hactenus quolibet
ꝯſtitutoꝝ reuocationē iudicialiter cōparens ꝯfeſſionem ⁊ ſubmiſſi
onem p̄dictas expſſe acceptans ſupradicti·n·ex aduerſo principalis
debitoris non cōparent; neq; ſe pro dicta ſumma mille ducat; con
demnari: ⁊ tn̄ ad hmōi debitū ſoluendū ſub excōicatiōis pena inde
p̄figi videre ſeu audire curan̄ ꝯtumaciā accuſauit ipm̄q; ꝯtumacē
reputari ⁊ in eius cōtumaciā ſupradictū·n· ex aduerſo principalem
debitorē pro dicta ſumma mille ducat; condemnari necnō eidem·n
ex aduerſo principali debitori ad dandum ⁊ ſoluendū dicto dn̄o·n·
principali creditori dictam ſummā mille ducatoꝝ ſub excōicatiōis
pena in perſonā ſupradicti magr̄i Joannis·n·notarij ⁊ ꝓcuratoris
ibidē preſentis cōparentis ⁊ acceptantis aliquē certum ꝑemptoriū
terminū cōpetentem prefigi ſtatui ⁊ aſſignari per dn̄m auditorem
prefatū debita cū inſtantia poſtulauit·Memoratus tūc dominus
auditor dictū·n·ex aduerſo principalem debitorē nō comparentem
neq; hmōi diei termino in aliquo ſatiſfacere curantem reputauit
merito ꝓut erat quo ad actum ⁊ terminū hmōi id exigēte iuſtitia
cōtumacem ⁊ in eius cōtumaciam ad ſupradicti dn̄i·n· principalis
creditoris inſtantiā dictum·n·ex aduerſo principalem debitorē ad
ſoluendum dictam ſummam mille ducatoꝝ auri predictoꝝ dicto
domino·n·principali creditori monuit requiſiuit ⁊ condemnauit·
Necnon eidem·n·ex aduerſo principali debitori terminū proxime

Decretum citationis cum inhibitione



p̄repetitum ad p̄renarratū actum faciendū infra tres dies extunc ꝓxime ⁊ immediate ſequen̄ ſub dicta excōicationis pena qua tunc contra eundē .n. exaduerſo principalem debitorē in ſcriptis tulit ⁊ ꝓmulgauit in pſonam ſupradicti magr̄i Joannis .n. notarij ⁊ procuratoris p̄ntis vt p̄mittitur ⁊ acceptan̄ p̄figendū duxit ⁊ prefixit.

# Decretuz citation̄ cū inhibition̄ ad partes ad inſtan̄ principalis.

COmparuit ⁊c. vel Conſtitutus ⁊c. honorabilis vir dn̄s .n. principalis in p̄inſerta ipſi dn̄o auditori facta ⁊ p̄ntata cōmiſſione principaliter noīatus principaliter pro ſeipſo citra tn̄ quorūcunqꝫ ꝓcuratoꝝ ſuoꝝ per eum hactenus quolibet conſtitutoꝝ reuocationem. Et ſibi citationem legittimā vna cū inhibitione inſerta extra Ro. curiam ⁊ ad partes contra ⁊ aduerſus quendam .n. exaduerſo principalem in eadem ipſi dn̄o auditori facta ⁊ p̄ntata cōmiſſione exaduerſo principaliter noīatū ⁊ deſcriptū. Oēſqꝫ alios ⁊ ſingulos ſua cōiter vel diuiſim intereſſe putantes ⁊ in executione citationis decernende hmōi ſimul vel ſucceſſiue noīandos iuxta ⁊ ſm̄ eiuſdē ipſi dn̄o auditori facte ⁊ p̄ntate cōmiſſionis vim formā ꝯtinentiaꝫ ⁊ tenorē in forma ſolita ⁊ ꝯſueta decerni ⁊ cōcedi p dn̄m auditorez prefatū debita cū inſtantia poſtulauit. Quam quidem citationem cum inhibition̄ inſerta ꝓxime p̄repetitā dn̄s auditor memoratus dicto dn̄o .n. principali inſtanti ⁊ petenti extra Ro. cu. ⁊ ad partes ſub termino . lx . vel. xx. dieꝝ poſtq̄ citatio legittime executa fuerit ad comparendū coram eo in forma ſolita ⁊ conſueta decreuit atqꝫ conceſſit. Eamqꝫ prout petita extitit ⁊ decreta per me p̄ntis cauſe notarium atqꝫ ſcribam predictū exinde fieri ⁊ ſubſcribi ſuiqꝫ ſigilli appenſione cōmuniri voluit: iuſſitqꝫ pariter ⁊ mandauit prout ⁊ quemadmodū in quodam citationis vna cum inhibitione inſerta publico inſtrumento per me p̄ntis cauſe notariū atqꝫ ſcribam prefatum exinde in notam recepto ⁊ inferius apud acta cauſe hmōi regiſtrato plenius continetur et habetur. Preſentibus ibidem diſcretis viris magiſtris .N. ⁊ .N. notarijs publicis dictiqꝫ domini auditoris ⁊ coram eo ſcribis Clericis .n. ⁊ .n. dioceſ teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter ⁊ rogatis.

Principal' citra ⁊c. petijt ⁊ obtinuit decerni citationē cum inhibitione inſerta ad partes ſub termino .lx. dieꝝ iuxta formaz commiſſionis preſentibus ⁊c.

¶ Tenor vero Citationis cum inhibitione inſerta publici inſtrumenti vnde ſupra fit mentio ſequitur ⁊ eſt talis.

¶ Dominicus Jacobatius.

¶ Si ad inſtantiam ꝓcuratoris aſſerti decernatur.

Littere citatorie per dn̄m decret.